

1 TEMUNIANA Epistolæ Synodali prov. Bizacenæ. *Cresconii* Episcopi Temonianensis meminit Collat. Carthag.

UNIZIBIRA Notitiæ Africæ, Ulizibira Ptolem. lib. 4. cap. 3. ² *Cyprianus* Episcopus Unizibirensis est apud Victorem Uticen. lib. 2.

3 TAMALLUMA Victori Uticensi l. 3. *Habet-deum* Episcopum Tamalumensem nominat Notitia Africæ, & Collat. Carthag. *Sabratium* Turrentamalumensem.

4 MUZUCA Collationi Carthaginensi. *Innocentius* Episcopus Muzucensis legitur in Notitiâ Africæ.

5 MASSIMANA Victori Uticensi apud Ortelium, cujus Episcopi *Possidii* meminit eadem Notitia Africæ.

SERBATIANA, cujus Episcopi *Victorini* mentio est in eadem Notitia.

6 MARAZANA D. Augustino lib. 7. contra Donatistas cap. 10. *Eunomius* Episcopus Marazanensis adfuit Collat. Carthag.

PEDERODIANA Victori Uticensi apud Ortel. *Adeodatus* Episcopus Pederodianensis habetur in Notitia Africæ.

7 TUZIRITA Notitiæ Africæ. *Aptus* ejus Episcopus est in Collat. Carthag.

8 MATARITA Collationi Carthaginensi. *Adelphius* Episcopus Mataritanus legitur in Notitia Africæ.

9 USULA Antonino in Bizacena. *Ireneum* Episcopum ab Ufulis habet D. Augustinus lib. 7. contra Donatistas cap. 18.

10 IRPINIANA Victori Uticensi apud Ortelium, cujus Episcopus *Felix* nuncupatur in Notitia Africæ.

AQUÆ ALBENSES Notitiæ Africæ, quæ habet *Restitutum* Episcopum de Aquis Albensium.

11 MENEPHESSA Procopio lib. 2. de bello Wandalico. *Mensurius* Episcopus Menefessitanus est in Collatione Carthaginensi.

12 CAPSE Æthico in Cosmographia. *Donatus* Episcopus à Capse legitur apud D. Cyprianum in Synodo Carthaginensi.

O

ACO-

NOTE LUCE HOLSTENII.

1 *Temuniana*] vel *Temoniara*, ut habet Notit. Afr. Victorinus Temonianensis subscripsit &c. Alius *Cresconius* Temonianensis in Notit. Africæ.

2 *Cyp. Episc. Unizibir. est apud Vict. Utic. lib. 2.*] & in dicta Notitia Donatus Uniziverensis in Epistol. Synod. prov. Byzacenæ.

3 *Tamalluma*] Antonius Tamallumensis Arius Episcopus insignis Catholicorum persecutor apud Victorem Uticensem lib. 3. [*Habet-deum &c*] Gaudentius Turrentamalumenensis adfuit Concilio sub Grato, ut habetur in Codd. MSS. nam in editis Tullititanus & Turritanus scribitur. Et Benadus sive Benenatus Turrium Tamullimense in Epist. Synod. prov. Byzacenæ.

4 *Muzuca*] Januarius à Muzuca legitur in Concil. Carthag. S. Cypriani in vetustissimo MS. Caf. in edit. Muzulensis [*Collat. Carthag.*] *Restitutus* Muzucensis & Idaxius Donatista.

5 *Massimana*] Maximiana. Bonifatius Maximien- sis in Epist. Synod. Episcoporum Byzacen. in Concil. Martini I. ubi Iustini ac Maximien- sis legitur. Nescio utrum fortè Justinianæ nomen quoque habuerit à restitutore Antonino in Itinerario, unde legitur. [*Possidii mem. Notit. Afr.*] Maximianen- sis plebis & Episcopi meminit vita S. Fulgentii cap. 29.

6 *Marazana*] Felix à Marazana in Concil. Carthag. S. Cypriani: & inde Marazanense Concilium in Breviario Ferrandi, sive ut alii Codices legunt, Maradianense. Saturninus Maracianensis in Epist. Synod. ubi malè Miricianensis editur. Vindicianus Marazianensis Not. Afr.

7 *Tuzirita*] Oppidum hoc Ptol. Tifurus; sed rectius Tufurus vel Tuzurus, ut ex Latinis apparet.

Hinc enim Tufuriten- sis & Tuzuriten- sis in Coll. Carth. Asellicus ejus Episcopus; ubi Tufuriten- se municipium vocatur ipsum oppidum. [*Not. Afr.*] ubi Florentius ejus Episc. legitur. Asellicus Episc. Cathol. & Aptus Donatista. [*Aptus ejus Ep.*] Sero- tinus Tuzuriten- sis est in Coll. Carth.

8 *Matarita Coll. Carthag.*] adfuit *Cultasus* Ma- taritanensis. Victorem quoque Mattaritanum Episcopum fuisse existimo, quem Cassiani dicta repurgasse scribit Cassiodorus Inst. Div. cap. 29. ubi Martyri- tanus malè editur.

9 *Ufula Ant. in Byz.*] Cassianus Ufulensis adfuit Concilio Grati. Privatus Ufulensis Coll. Carthag. Ufallitani hinc vocantur in veteri Inscriptione Gru- teri pag. dxx. Ufelitanum oppidum Latinum Plinio. Ufilla municipium Tab. Peut. Theodorus Ufa- lensis Maximianista damnatus à Donatistis in Con- cilio Bagajensi apud S. Augustinum lib. 3. contra Cresconium Grammaticum cap. 19. quia idem unus fuerat ex xii. Maximiani Ordinatoribus in Con- cilio Cabarsussensi ibid. cap. 53. Victorinus Ufulensis in Notit. Afr.

10 *Irpiniiana*] Hirpiniana &c. Barbatu Hierpinia- nensis in Coll. Carth. qui expungendus infra pag. 116.

11 *Menepheffa*] Menefesa Procop. lib. 2. de bello Wand. Μενεφέση [*Mensurius Episc.*] Menefessiten- sis [*est in Coll. Carthag.*] Servus in Notit. Africæ.

12 *Capse*] Fortunatus Capseus Coll. Carth. For- tunatianus Capstianus adfuit Concilio sub Grato, ut MSS. Nam in Tomis Conciliorum Raptanus malè legitur. Vindemialis Capensis Notit. Afric. & Martyrolog. Rom. & Baronio ad annum Christi 484. num. 102.